

fusa & sapienter & eloquenter. Non intentata in eloquen-
tiam sapientia sed sapientia non recedente eloquentia.
Si enim sicut quidam disertissimi atque acutissimi uiri,
uidere addicere potuerunt ea quae oratoria uelut arte
discuntur non obseruarentur & notarentur & in hanc doc-
trinam redigerentur nisi prius in oratorum inuenirentur
ingenia. Quid mirum si & in istis inueniuntur quos ille
misit qui fecit ingenia. Oportet igitur eloquentem eccle-
siasticum quando suadet aliquid quod agendum est,
non solum docere ut instruat & delectare ut teneat
uerum & iam flectere ut uincat. Nam & ipse romanus auc-
tor eloqui dem dicit. Hinc igitur eloquens qui potuerit
parua summissè modicè temperatè magna granditer
dicere. Haec autem tria ille sicut ab eo dicta sunt in causis
forensibus possit ostendere. non autem hoc in ecclesiasti-
cis quae saeculis in quibus huiusque inuolumus in formare
sermo uersatur. In illis enim ea parua dicuntur ubi dere-
bus pecuniariis iudicandum est. ea magna quae de salute
accidentium hominum. In his autem nostris quando qui-
dem omnia maxime quae de loco superiore populis dici-
mus ad hominum salutem nec temporariam sed aeternam
referre debemus. Usque adeo ut nec ipsi pecuniariis rebus